



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opvscvlvm, De Vitis Romanorvm Pontificvm

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

XLIII. S. Zosimvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

nitudinem dare possunt, quæ maximè in ordinationibus operatur.

ITEM Martiano Episcopo per^m epistolam iussit, quatenus eos^m *epist. 21.* clericos in communionem suscipiat, quos Bonosus, antequam damnaretur, ordinasse cognoscitur.

ITEM scribit^a vniuersis Episcopis in Toletana Synodo con-^a *epist. 24.* stitutis, & dicit, quod de ordinationibus ab Hispaniæ Episcopis illicitè factis fuerat aliquid secundum maiorum traditionem statuendum, nisi perpenderet inde in Ecclesiis quamplurimas perturbationes mouendas. Et enumeratis illis, quæ illicitè gesta esse cognouerat, subiungit ita. *Quæ si singula discutienda mandemus, non modicos motus aut scandala Hispaniensibus prouinciis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus. Idcirco remittenda hæc potius putamus. Sed prouidendum esse mandauit, ne deinceps talia committantur.*

XLIII.

S. ZOSIMVS.

A. ccccvii.

ZOSIMVS, natione Græcus, ex patre Abramio, sedit annum 1. menses 3. dies 11. Hic ordinauit Episcopos 8. presbyteros 10. diaconos 3. Solutus est. a. de ergastulo corporis 8. Kalend. Ianuarii. *a* *epist. 1.* Hic^a epistolam * Hesitio Salonitano Episcopo scripsit, in qua de ** Hesychio.* monachis, quorum solitudo quauis frequentia maior est, & de laicis ad Episcopum festinantibus præcepit, ne quis eorum contra *Dist. 36. c. qui Ecclesiasticis.* Patrum præcepta, qui Ecclesiasticis disciplinis per ordinem non *Dist. 57. c. qui Ecclesiasticis.* fuisset imbutus, & tēporis approbatione diuinis stipendiis est eruditus, vllatenus ad sumum Ecclesiæ sacerdotiū aspirare præsumeret, & non solum in eo ambitio inefficax haberetur, verum & in ordinatores eius, vt carerent eo ordine, quem ordinem contra præcepta Patrum crediderant præsumendum.

XLIV.

S. BONIFACIVS.

A. ccccix.

BONIFACIVS, natione Romanus, ex patre Iocundo presbytero, sedit annos 3. menses 8. dies 7. Hic in contentione vna die cū Eulalio ordinatur. Et fuit ista dissensio in clero menses 7. & dies 15 Eulalius verò ordinatur in Ecclesia Constantiniana, Bonifacius in basilica Iulii. Placidia autē Augusta Rauennæ residens cū filio suo Augusto Valentiniano, audiens hoc, quod Romæ factum fuerat, Honorio Augusto Mediolani sedēti notificauit. Vnde vterq; missa imperiali auctoritate ambos de vrbe expelli iusserunt. Sed postea